Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Kollektar - Cod. St. Peter perg. 72

Dillingen, [1515]

Nachtrag: verschiedene Orationen zu Heiligenfesten

urn:nbn:de:bsz:31-28210

Visual Library

De s(an)cto Hilario confessore et ep(iscop)i Or(ati)o

Exaudi domine preces n(ost)ras quas in sancti hylary confessoris tui atq(ue) po(n)tifitis solemnitate deferimus; ut qui tibi digne meruit famulari; eius inter cedentibus meritis. ab omnibus nos absoluas peccatis; Per d(omi)n(u)m n(ost)r(u)m ih(esu)m

De s(an)cto Johanne crisostimo doctore Or(ati)o

Deus qui populo tuo eterne salutis beatu(m) iohanne(m) crisostimu(m) ministru(m) tribuisti; presta q(uesumu)s. ut quem doctore(m) vite habuimus in terris; intercessorem habere mereamur in celis; Per d(omi)n(u)m n(ost)r(u)m ih(esu)m xp(istu)m

De s(an)cto ioseph Or(ati)o

Deus qui fidelissimo patriarche ioseph incomparabilem thesaurum tue genitricis seruandu(m) tradidisti; eiuque pro speciali(um) prerogatiua meritoru(m) temetipsum in filium tribuisti;

G. B. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

ipsius nobis tribue meritis et precibus terrena despicere. et corda nr̃a tibi casta tabernacula preparare: Qui viuis et regnas cũ deo p̃tre in unitate sp̃c̃s &c. De s̃c̃o vdalrico ep̃o translacione Or̃o. Omnipotens mitissime deus. et clementissime pater eterne. qui nos annua recursione translacionis s̃c̃i vdalrici confessoris tui atq; pontificis letificas: eius suffragantibus meritis concede propicius. ut ab imminentibus periculis liberemur. et eternis gaudiis perfrui mereamur: Per dñm nr̃m &c.

S̃c̃i adalberti ep̃i et m̃r̃t̃s Or̃o

Infirmitatem nr̃am omnipotens deus respice: et quia pondus proprie acciones grauat. beati adalberti martiris tui atq; pontificis intercessio gloriosa nos protegat: Per dñm &c.

De s̃c̃o Anthonino ep̃o et confessore Or̃o

Gregem tuũ quis dñe pastor eterne custodi: et que beati presulis anthonini virginitatis. et pietatis prerogatiua specialiter donasti salutiferis que illustrasti doctrinis. eiusdem eciam semper attolle presidiis: Per dñm nr̃m &c.